

AD COMPLETORIUM

LITURGIA HORARUM IUXTA RITUM ROMANUM

AD COMPLETORIUM

IN CANTU GREGORIANO
SECUNDUM ORDINEM CANTUS OFFICII ANNO MMXV



VERENIGING VOOR LATIJNSE LITURGIE
MMXXI

© 2021, Vereniging voor Latijnse Liturgie

Muziekgravures en lay-out: Steven van Roode, Breda
Druk: Quantes, Rijswijk

Fragmenten uit de Latijnse standaardedities: *Liturgia Horarum* © 1985, Sacra
Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino; *Ordo Cantus Officii* © 2015,
Congregatio de Culto Divino et Disciplina Sacramentorum

Gezangen overgenomen uit *Psalterium Monasticum* (Solesmes, 2012), *Salterio
Corale* (Praglia, 2015) en *Antiphonæ et Responsoria III, Psalterium* (Verona,
2018).

www.latijnseliturgie.nl

ISBN 978 90 70906 07 8

VERANTWOORDING

Wij moeten steeds bidden en daarin niet versagen (Lc. 18, 1). Het voortdurend gebed is de hoeksteen van het christelijk bestaan, een heilig vuur dat altijd moet branden, maant ook paus Franciscus (Algemene audiëntie, 9 juni 2021).

De liturgische dagsluiting of de complete lenen zich uitstekend om dagelijks alleen of gemeenschappelijk te bidden. Het is het enige gebedsuur op de dag waarvan de antifonen en psalmen wekelijks terugkeren, waardoor je er gemakkelijk mee vertrouwd raakt.

Sinds 1999 geeft de Vereniging voor Latijnse Liturgie een boekje uit met de Latijnse en Nederlandse teksten van de dagsluiting. Later verscheen ook een apart muzieboekje met de gregoriaanse gezangen, dat daarmee in combinatie gebruikt kon worden. Deze *Gezangen bij de complete* is met de nieuwe uitgave die nu voor u ligt bijgewerkt naar de tweede standaardeditie van de *Ordo Cantus Officii* uit 2015.

De opgenomen melodieën, hersteld volgens de handschriften, zijn ontleend aan recente publicaties van de monniken van de abdij van Solesmes, van de abdij van Praglia en van de werkgroep Centro di Canto Gregoriano e Monodie «Dom Jean Claire» uit Verona. Daarmee voldoet deze geheel vernieuwde uitgave niet alleen aan de laatst vastgestelde orde van de gezangen, maar beantwoordt hij ook aan de eis van het Tweede Vaticaanse Oecumenisch Concilie dat er betere kritische uitgaven moeten worden voorbereid voor de gregoriaanse zang.

We hopen dat deze nieuwe *Ad completorium in cantu gregoriano* veel gelovigen ertoe mag inspireren gezamenlijk of alleen de dagsluiting in het Latijn en met gregoriaanse zang te bidden, en dat het zo het heilig vuur van het voortdurend gebed brandend mag houden.

INTRODUCTION

We should pray always without becoming weary (Lk 18:1). Pope Francis admonishes that continuous prayer is the fulcrum of Christian existence, a sacred fire in us, which should burn without interruption (General Audience, June 9, 2021).

The Office of Compline, which is prayed at the end of every day, is a prayer that can be celebrated daily, either individually or in communion.

The Second Vatican Council recommended the sung celebration of the Divine Office, because this form best accords with the nature of this prayer, expresses its solemnity in a fuller way and expresses a deeper union of hearts in performing the praises of God (*Sacrosanctum Concilium* 99).

In liturgical celebrations sung in Latin, Gregorian Chant, as proper to the Roman Liturgy, should be given pride of place. This booklet provides all Gregorian antiphons, hymns and responsories according to the 2015 *Ordo Cantus Officii*, having been drawn from the deposit of traditional Gregorian Chant.

In a way to conserve and promote the treasury of Gregorian Chant patrimony, the ancient melodies have been restituted according to the oldest witnesses of the chants. We made use of the scholarly results of the leading centres for Gregorian Chant: the publications of the Abbey of Solesmes, the Abbey of Praglia and the Centro di Canto Gregoriano e Monodie «Dom Jean Claire» at Verona.

We express the hope that this publication of *Ad completorium in cantu gregoriano* may inspire many faithful to daily recite the Office of Compline together or alone in Latin and with Gregorian Chant, as to keep the sacred fire of continuous prayer burning without interruption.

I

ORDINARIUM

Ritus initiales

Completorium inchoatur a versu Deus in adiutorium cum Gloria, Sicut erat et Alleluia (quod omittitur tempore Quadragesima).

D E-us, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. Dómine,
ad adiuvándum me festína. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o,
et Spi-rí-tu- i Sancto. Sicut e-rat in princí-pi- o, et nunc,
et semper, et in sæcu- la sæcu- lórum. Amen. Alle- lú- ia.

(In Quadr.) sæcu- lórum. Amen.

Vel in sollemnitatibus:

D E-us, in adiu-tó-ri-um me- um inténde. Dómine,
ad adiuvándum me festí- na. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o,



et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc,




et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.




(In Quadr.) sæcu-ló-rum. Amen.

Deinde laudabiliter peragitur conscientiae discussio, quæ in celebratione communi vel fit silentio, vel inseritur in actum pænitentialem.




Ratres, ad finem hu-is di-é-i perducti, agnoscámus



peccá-ta nostra.

Fit brevis pausa silentii.

Postea omnes simul formulam confessionis generalis perficiunt:



Confí-te-or De-o omni-po-ténti et vobis, fratres, qui a pec-



cá-vi nimis cogi-ta-ti-ó-ne, verbo, ó-pe-re et omissi-ó-ne:




me-a culpa, me-a culpa, me-a má-xima culpa. Ide-o pre-
cor be-á-tam Ma-rí-am semper Vírginem, omnes Ange-los
et Sanctos, et vos, fratres, orá-re pro me ad Dóminum De-
um nostrum.

Vel:




Mi-se-ré-re nostri, Dómine. **R.** Qui-a peccá-vimus ti-bi. Ostén-
de nobis, Dómine, mi-se-ri-córdi-am tu-am. **R.** Et sa-lu-tá-re
tu-um da nobis.

Vel:




Qui missus es saná-re contrí-tos corde: Ký-ri-e, e-lé-i-son.




℞. Ký-ri-e, e-lé-i-son.



Qui pecca-tóres vocá-re venísti: Christe, e-lé-i-son.



℞. Christe, e-lé-i-son.




Qui ad déxte-ram Patris sedes, ad interpellándum pro no-




bis: Ký-ri-e, e-lé-i-son. ℞. Ký-ri-e, e-lé-i-son.

Sequitur absolutio:



Mi-se-re-á-tur nostri omnípo-tens De-us et, dimíssis peccá-



tis nostris, perdúcat nos ad vi-tam æ-térnam. ℞. Amen.

Hymnus

Deinde dicitur hymnus congruus.

In feriis per annum:

H. VIII

The musical notation consists of two staves. The first staff begins with a large initial 'T' and contains the lyrics 'E lucis ante terminum, rerum cre- á- tor, pósci-'. The second staff continues the melody with the lyrics 'mus, ut só- li- ta clé- men- ti- a sis præsul ad custódi- am.'.

mus, ut só- li- ta clé- men- ti- a sis præsul ad custódi- am.

Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

In memoriis:

H. VIII

The musical notation consists of two staves. The first staff begins with a large initial 'T' and contains the lyrics 'E lucis ante terminum, rerum cre- á- tor, pósci-'. The second staff continues the melody with the lyrics 'mus, ut só- li- ta clé- men- ti- a sis præsul ad custódi- am.'.

mus, ut só- li- ta clé- men- ti- a sis præsul ad custódi- am.

In festis:

H. II

T E lucis ante términum, rerum cre- á- tor, pósci-

mus, ut só- li- ta clémenti- a sis præsul ad custódi- am.

Te corda nostra sómniant,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

In sollemnitatibus:

H. VIII

T E lucis ante términum, rerum cre- á- tor, pósci-

mus, ut só- li- ta clémenti- a sis præ- sul ad custódi- am.

In dominicis per annum post I en II Vesperas:

H. VIII

T E lu-cis ante términum, re-rum cre- á- tor, pósci-

mus, ut só-li- ta clémenti- a sis præsul ad custódi- am.

Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice
tættram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

Vel ad libitum Christe qui splendor in tono Te lucis ante terminum.

Tempore Adventus usque ad diem 16 decembris:

H. IV

T E lucis ante términum, rerum cre- á- tor, pósci-

mus, ut só-li- ta clémenti- a sis præsul ad cu- stó- di- am.

Tempore Adventus post diem 16 decembris Christe qui splendor.

Tempore Nativitatis usque ad sollemnitatem Epiphaniæ:

H. II
T E lucis ante términum, rerum cre-á-tor, pósci-
 mus, ut só-li-ta clémenti- a sis præsul ad custódi- am.

Te corda nostra sómni-ent,
 te per sopórem séntiant,
 tuámque semper glóriam
 vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
 nostrum calórem réfice
 tætram noctis calíginem
 tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
 per Iesum Christum Dóminum,
 qui tecum in perpétuum
 regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

Tempore Nativitatis a sollemnitate Epiphaniæ Christe qui splendor.

Tempore Quadragesimæ, per hebdomadas I, III et V:

H. II
T E lu-cis ante términum, rerum cre-á-tor, pósci-
 mus, ut só-li-ta clémenti- a sis præ-sul ad custódi- am.

Tempore Quadragesimæ, per hebdomadas II et IV Christe qui splendor.

Tempore vero paschali:

H. I
I Esu, redemptor sæcu- li, Verbum Patris altíssi-
mi, lux lucis invi- sí- bi- lis, custos tu- ó- rum pérví- gil:

Tu fabricátor ómnium
discretor atque témporum,
fessa labóre córpora
noctis quiéte récrea.

Qui frangis ima tártara,
tu nos ab hoste líbera,
ne váleat sedúcere
tuo redemptos sáanguine,

Ut, dum graváti córpore
brevi manémus témpore,
sic caro nostra dórmíat
ut mens sopórem nésciat.

Iesu, tibi sit glória,
qui morte victa prænítes,
cum Patre et almo Spírítu,
in sempitérna sáecula. Amen.

Dominica Pentecostes:

H. I
I Esu, redemptor sæcu- li, Verbum Patris al- tíssi-
mi, lux lucis invi- sí- bi- lis, custos tu- ó- rum pérví- gil:

Alter hymnus, ad libitum:

Christe, qui, splendor et dies,
noctis tenébras détegis,
lucisque lumen créderis,
lumen beátis prædicans,

Precámur, sancte Dómine,
hac nocte nos custódias;
sit nobis in te réquies,
quiétas horas tríbue.

Somno si dantur óculi,
cor semper ad te vígilet;
tuáque dextra prótegas
fidéles, qui te díligunt.

Defénsor noster, áspice,
insidiántes réprime,
gubérna tuos fámulos,
quos ságuine mercátus es.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória,
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sácula. Amen.

Psalmodia

Post I Vesperas dominicarum et sollemnitatum dicuntur psalmi 4 et 133; post II Vesperas, necnon in Triduo paschali, psalmus 90. Alterutrum Completorium de dominica dicitur etiam infra octavam Paschæ.

Ceteris diebus, psalmi cum suis antiphonis, inveniuntur in Psalterio. Licet tamen resumere alterutrum Completorium de dominica.

Lectio brevis

Post psalmodiam, fit lectio brevis, quæ sumitur eodem loco quo psalmi in Psalterio. Deinde sequitur responsorium breve.

Responsorium breve

VI

I N manus tu- as, Dómine, * Comméndo spí- ri- tum
me- um. *Ÿ.* Redemísti nos, Dómine, De- us ve- ri- tá- tis.
Ÿ. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Tempore Adventus:


E

I N manus tu- as, Dómi- ne, * Comméndo spí- ri- tum
me- um. *Ÿ.* Redemísti nos, Dómine, De- us ve- ri- tá- tis.
Ÿ. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Tempore Quadragesimæ:

IV*


I N manus tu- as, Dómine, * Comméndo spí- ri- tum
me- um. *Ÿ.* Re- demísti nos, Dómine, De- us ve- ri-



tá- tis. *ŷ*. Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i

Sanc-to.


Per Triduum Paschæ, loco responsorii dicitur Christus factus est.
Feria Quinta in Cena Domini:



Hri- stus factus est pro no- bis obæ-

di- ens us- que ad mor- tem.

Feria Sexta in Passione Domini:



Hri- stus factus est pro no- bis obæ-

di- ens us- que ad mor- tem, mor- tem au- tem

cru- cis.

Sabbato Sancto:


^v
C Hri- stus factus est pro no- bis obœ-
di- ens us- que ad mor- tem, mor- tem au- tem
cru- cis. Propter quod De- us exaltá-
vit illum, et de- dit
il- li no- men, quod est super om- ne
no- men.

Per octavam Paschæ, loco responsorii dicitur Hæc dies:

^{II*}
H ÆC di- es quam fe- cit Dó-
mi- nus: exsul- té- mus,



Vel, ad libitum:



Tempore paschali:



Antiphona ad canticum Nunc dimittis

III a

S

Alva nos, Dómi-ne, vi-gi-lántes, custódi nos dor-

mi-éntes, ut vi-gi-lémus cum Christo et requi-escámus

in pa-ce. *T.P.* in pace, al-le-lú-ia. E u o u a e.

CANTICUM EVANGELICUM **Lc 2, 29-32**

Christus lumen gentium et gloria Israel

²⁹ *Nunc dimíttis* servum **tuum**, **Dómine**, *
secúndum verbum **tuum** in **pace**,

³⁰ *quia* vidérunt **óculi mei** *
salutáre **tuum**,

³¹ **quod** parásti *
ante fáciem ómnium **populórum**,

³² *lumen* ad revelatiónem **géntium** *
et glóriam plebis **tuæ Israel**.

Glória Patri, et **Fílio**, *
et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, *
et in sácula sáculórum. **Amen**.

Vel, ad libitum in feriis:

G^{viii g} Re-gem tu-um, Dómi-ne, ne dé-se-ras, pastor bo-
ne, qui dormí-re nescis sed semper ví-gi-las. E u o u a e

Oratio conclusiva

Postea dicitur oratio ut in Psalterio, cui præmittitur invitatio Orémus.
Et respondetur Amen.

Deinde dicitur, etiam a solo, benedictio:

N Octem qui-é-tam et finem perféctum concédát no-
bis Dóminus omnípo-tens. **R.** Amen.

Vel:

N Octem qui-é-tam et finem perféctum concédát no-
bis Dóminus omnípo-tens. **R.** Amen.

Antiphonæ finalis ad Beatam Mariam Virginem

Deinde dicitur una ex antiphonis sequentibus:

A^v L- ma * Redemptó-ris Ma- ter, quæ pér-
vi- a cæ-li porta ma- nes, et stel- la ma- ris, succúrre ca-
dén- ti, súrge-re qui cu- rat pópu-lo; tu quæ genu-ís-ti,
na-tú- ra mi-rán- te, tu-um sanctum Ge-ni-tórem, Vir- go
pri- us ac posté-ri-us, Gabri-é- lis ab o- re sumens il-lud
Ave, pecca-tórum mi-se-ré-re.


Vel, in tono simplici:

A^v L- ma * Redemptó-ris Ma-ter, quæ pérvi- a cæ-li
porta manes, et stella ma-ris, succúrre cadénti súrge-re qui



curat pópu-lo; tu quæ genu-ísti, na-túra mi-ránte, tu-um san-
ctum Geni-tórem, Virgo pri-us ac posté-ri-us, Gabri-é-lis ab
ore sumens illud Ave, pecca-tórum mi-se-ré-re.

Alia:



A^{VI} - ve, * Re- gína cæló- rum, a- ve, Dó-
mina Ange- ló- rum, sal- ve, ra- dix, salve, porta, ex
qua mun- do lux est or- ta. Gaude, Virgo glo- ri- ó- sa,
super ó- mnes spe- ci- ó- sa; va- le, o valde decó-
ra, et pro no- bis Chris- tum * exó- ra.

Vel, in tonus simplici:

VI
A - ve, Re- gína cælórum, * ave, Dómina ange- ló-
 rum, salve, rádix, salve, porta, ex qua mundo lux est or-
 ta. Gaude, Virgo glo-ri- ósa, su- per omnes spe- ci- ósa;
 va- le, o valde decó- ra, et pro no- bis Christum exó- ra.

Alia:

VI
R Egína cæ- li, * læ- tá- re, al- le- lú-
 ia, qui- a quem me- ru- ísti por- tá-
 re, al- le- lú- ia, resurré- xit sicut di- xit, alle-
 lú- ia, o- ra pro no- bis De- um, alle-



Vel, in tonus simplici:



Alia:





E-ia ergo, advocá- ta nostra, illos tu- os mi- se-
 ri- cór- des ócu- los ad nos convér- te. Et Iesum, be-
 nedí- ctum fructum ventris tu- i, no- bis post hoc exsí-
 li- um osténde. O cle- mens, o pi- a, o
 dulcis * Virgo Ma-rí- a.

Vel, in tono simplici:



^v
Sálve, Re- gína, * ma- ter mi- se- ri- córdi- æ; vi- ta, dul-
 cé- do, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsu- les
 fí- li- i Evæ. Ad te suspi- rámus, geméntes et flentes



in hac lacrimárum valle. E-ia ergo, advocá-ta nostra,
illos tu-os mi-se-ri-córdes ócu-los ad nos convérte. Et
Iesum, benedíctum fructum ventris tu-i, nobis post hoc
exsí-li-um osténde. O cle-mens, o pi-a, o
dulcis Virgo Ma-rí-a.

Alia:



^{VII}
SUB tu-um præsí-di-um confúgimus, * sancta De-
i Génitrix; nostras depreca-ti-ónes ne despí-ci-as in
necessi-tá-tibus, sed a pe-rícu-lis cunctis líbe-ra nos
semper, Virgo glo-ri-ó-sa et be- ne-dícta.

II

PSALTERIUM

POST I VESPERAS DOMINICÆ ET SOLLEMNITATUM

Psalmodia

Antiphona 1

Ps 4, 2


viii g
M



I-se-ré-re mi-hi, Dómine, et exáudi o-ra-ti-ó-nem me-am. E u o u a e.

Tempore paschali:

viii g
A



L-le-lú-ia, al-le-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 4

GRATIARUM ACTIO

*Admirabilem fecit Dominus, quem suscitavit a mortuis
(S. Augustinus).*

- ² Cum invocárem, exaudivit me Deus iustítiae **meæ**. *
In tribulatióne dilatásti **mihi**;
miserére **mei** *
et exáudi oratió**nem meam**.
- ³ Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? *
Ut quid dilígitis vanitátem et quæritis **mendácium**?
- ⁴ Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**; *
Dóminus exáudiet, cum clamávero **ad eum**.

- 5 Irascimini et nolíte peccáre; †
loquimini in córdibus **vestris**, *
in cubilibus vestris et *conquiéscite*.
- 6 Sacrificáte sacrificium iustítiae *
et speráte in **Dómino**.
- 7 Multi dicunt: «Quis osténdit nobis **bona**?». *
Leva in signum super nos lumen vultus *tui*, **Dómine**!
- 8 Maiórem dedísti lætítiam in corde **meo**, *
quam cum multiplicántur fruméntum et vinum **eórum**.
- 9 In pace in idípsum dórmiam et requiéscam, *
quóniam tu, **Dómine**, singuláriter in spe constituísti me.
- Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.
- Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, *
et in sæcula sæculórum. **Amen**.

Antiphona 2 Ps 133, 2

I N nóctibus be- nedí- ci- te Dóminum.

E u o u a e.

PSALMUS 133

VESPERTINA ORATIO IN TEMPLO

*Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius et qui timetis eum,
pusilli et magni! (Ap 19, 5).*

- 1 Ecce benedicite Dóminum, omnes *servi* **Dómini**, *
qui statis in domo **Dómini** *per noctes*.
- 2 Extóllite manus vestras ad *sanctuárium* *
et benedicite **Dóminum**.

³ Benedicat te Dóminus ex **Sion**, *
qui fecit *cælum et terram*.

Glória Patri, et **Fílio**, *
et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, *
et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Lectio brevis

Deut 6, 4-7

Audi Israel: Dóminus Deus noster Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex tota fortitúdine tua. Erúntque verba hæc, quæ ego præcípío tibi hódie, in corde tuo, et inculcábis ea fíliis tuis et loquéris ea sedens in domo tua et ámbulans in itínere, decúmbens atque consúrgens.

Oratio

Dominicis et per octavam paschæ:

Vísita nos, quæsumus, Dómine, hac nocte præsénti, † ut, dilúculo tua virtúte surgéntes, * de resurrectióne Christi tui gaudére valeámus. Qui vivit et regnat in *sæcula sæculórum*. Amen.

Vel, in sollemnitatibus extra dominicam occurrentibus:

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatióne istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle; † ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; * et benedíctio tua sit super nos semper. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

POST II VESPERAS DOMINICÆ ET SOLLEMNITATUM

Psalmodia

Antiphona

Ps 90, 1

VIII g

QUI hábi-tat in adiu-tó-ri-o Al-tíssimi, in pro-

tecti-óne De-i cæ-li commorábi-tur. E u o u a e.

Et non repetitur in psalmo.

Tempore paschali:

VIII g

AL-le-lú-ia, al-le-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 90

IN PROTECTIONE ALTISSIMI

*Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et
scorpiones (Lc 10, 19).*

- ¹ [Qui hábitat in protectiône Altíssimi, *
sub umbra Omnipoténtis commorábitur.]
- ² Dicet Dómino: †
«Refúgium meum et fortitúdo mea, *
Deus meus, sperábo in eum».
- ³ Quóniam ipse liberábit te de láqueo venántium *
et a verbo malígno.

- 4 Alis suis obumbrábit tibi, †
et sub pennas eius confúgies; *
scutum et lorica véritas eius.
- 5 Non timébis a timóre noctúrno, a sagitta volánte in die, †
a peste perambulánte in ténebris, *
ab exterminio vastánte in merídie.
- 6 Cadent a látere tuo mille †
et decem mília a dextris tuis; *
ad te autem non appropinquábit.
- 7 Verúmtamen óculis tuis considerábis, *
et retributiónem peccatórum vidébis.
- 8 Quóniam tu es, Dómine, refúgium meum. *
Altíssimum posuísti habitáculum tuum.
- 9 Non accédet ad te malum, *
et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo,
- 10 quóniam ángelis suis mandábit de te, *
ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
- 11 In mánibus portábunt te, *
ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.
- 12 Super áspidem et basilíscum ambulábis *
et conculcábis leónem et dracónem.
- 13 Quóniam mihi adhæsit, liberábo eum; *
suscípiam eum, quóniam cognóvit nomen meum.
- 14 Clamábit ad me, et ego exáudiam eum; †
cum ipso sum in tribulatióne, *
erípiam eum et gloriificábo eum.
- 15 Longitúdine diérum replébo eum *
et osténdam illi salutáre meum.
- Glória Patri, et Fílio, *
et Spirítui Sancto.
- Sicut erat in princípío, et nunc et semper, *
et in sæcula sæculórum. Amen.

Lectio brevis*Ap 22, 4-5*

Vidébunt faciē Dómini, et nomen eius in fróntibus eórum. Et nox ultra non erit, et non egent lúmine lucérnæ neque lúmine solis, quóniam Dóminus Deus illuminábit super illos, et regnábunt in sæcula sæculórum.

Oratio

Dominicis et per octavam paschæ:

Vox nostra te, Dómine, humíliter deprecétur; † ut, domínicæ resurrectionis hac die mystério celebráto, * in pace tua secúri a malis ómnibus quiescámus, et in tua resurgámus laude gaudéntes. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Vel, in sollemnitatibus extra dominicam occurrentibus:


Vísita, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle; † ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; * et benedíctio tua sit super nos semper. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

FERIA SECUNDA

Psalmodia


Antiphona

Ps 85, 6



E u o u a e.

Tempore paschali:



PSALMUS 85

PAUPERIS IN REBUS ADVERSIS ORATIO

*Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione
nostra (2 Cor 1, 3. 4).*

- ¹ Inclína, Dómine, aurem tuam **et exáudi** me, *
quóniam inops et **pauper** sum **ego**.
- ² Custódi ánimam meam, **quóniam sanctus** sum; *
salvum fac servum tuum, Deus meus, **sperántem in** te.
- ³ Miserére **mei**, **Dómine**, *
quóniam ad te clamávi **tota die**.
- ⁴ Lætifica ánimam **servi tui**, *
quóniam ad te, Dómine, ánimam **meam levávi**.

- 5 Quóniam tu, Dómine, suávis et **mitis** *
et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.
- 6 Auribus pèrcipe, Dómine, oratióem **meam** *
et inténde voci deprecatiónis **meæ**.
- 7 In die tribulatiónis meæ clamávi **ad** te, *
quia exáudies me.
- 8 Non est símilis tui in **diis**, Dómine, *
et nihil sicut ópera **tua**.
- 9 Omnes gentes, quascúmque fecísti, vénient †
et adorábunt **coram** te, Dómine, *
et glorificábunt **nomen tuum**,
- 10 quóniam magnus es tu et fáciens **mirabília**: *
tu es **Deus solus**.
- 11 Doce me, Dómine, **viam tuam**, *
et ingrédia in veritáte **tua**;
simplex **fac** cor **meum**, *
ut tímeat **nomen tuum**.
- 12 Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto **corde meo** *
et glorificábo nomen tuum **in ætérnum**,
- 13 quia misericórdia tua **magna** est **super** me, *
et eruísti ánimam meam ex inférno **inferióri**.
- 14 Deus, supérbi insurrexérunt super me, †
et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam **meam**, *
et non proposuérunt te in conspéctu **suo**.
- 15 Et tu, Dómine, Deus miserátor **et miséricors**, *
pátiens et multæ misericórdiæ et **veritátis**,
- 16 réspice in me et miserére mei; †
da fortitúdinem tuam **púero tuo** *
et salvum fac fílium ancillæ **tuæ**.
- 17 Fac mecum signum in bonum, †
ut vídeant, qui odérunt me, et **confundántur**, *
quóniam tu, Dómine, adiuvísti me et consolátus **es** me.

Glória **Patri**, et **Fílio**, *
et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, *
et in **sæcula sæculórum**. Amen.

Lectio brevis

1 Th 5, 9-10

Pósuit nos Deus in acquisitionem salutis per Dóminum nostrum Iesum Christum, qui mórtuus est pro nobis, ut sive vigilemus sive dormiámus, simul cum illo vivámus.

Oratio

Quiétem, Dómine, corpóribus nostris tríbe salutárem, † et quæ fúdimus hódie sémina per labórem, * fac ut messem gérmient sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

FERIA TERTIA

Psalmodia

Antiphona

Ps 142, 2

viii g

N E intres in iudí-ci-um cum servo tu-o, Dó-

mine. E u o u a e.

Tempore paschali:

viii g

A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, al-le-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 142

IN ANGUSTIIS ORATIO

Non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi (Gal 2, 16).

- ¹ Dómine, exáudi oratióem meam, †
áuribus pércepe obsecratióem meam in veritáte **tua**; *
exáudi me in tua **iustítia**.
- ² Et non intres in iudícium cum servo **tuo**, *
quia non iustificábitur in conspéctu tuo **omnis vivens**.
- ³ Quia persecútus est inimícus ánimam meam, †
contrívit in terra vitam **meam**, *
collocávit me in obscúris sicut mórtuos a **sæculo**.

- 4 Et anxiátus est in me spíritus **meus**, *
in médio mei obríguít *cor meum*.
- 5 Memor fui diérum antiquórum, †
meditátus sum in ómnibus opéribus **tuis**, *
in factis mánuum tuárum *recogitábam*.
- 6 Expándi manus meas **ad** te, *
ánima mea sicut terra sine *aqua tibi*.
Velóciter exáudi me, **Dómine**; *
defécit spíritus **meus**.
- 7 Non abscondas fáciem tuam **a** me, *
ne símilis fiam descendéntibus *in lacum*.
- 8 Audítam fac mihi mane misericórdiam **tuam**, *
quia in *te sperávi*.
Notam fac mihi viam, in qua **ámblem**, *
quia ad te levávi *ánimam meam*.
- 9 Eripe me de inimícis **meis**, *
Dómine, ad *te confúgi*.
- 10 Doce me fácere voluntátem **tuam**, *
quia Deus *meus es* tu.
- Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram **rectam**; *
11 propter nomen tuum, Dómine, *vivificábis* me.
In iustítia **tua** *
edúces de tribulatióne *ánimam meam*.
Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spíritui **Sancto**.
Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, *
et in sácula *sæculórum*. **Amen**.

Lectio brevis*1 Petr 5, 8-9a*

Sóbrii estóte, vigiláte. Adversárius vester Diábolus tamquam leo rúgiens círcuit quærens quem devoret. Cui resístite fortes fide.

Oratio

Noctem istam, quæsumus, Dómine, benígnus illúmina, † et ita fac in pace nos tuos fámulos obdormíre, * ut læti ad novi diéi claritátem in tuo nómine suscitémur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

FERIA QUARTA

Psalmodia

Antiphona 1

Ps 70, 31

vi f

E - sto mi-hi, Dómi-ne, in De-um pro- tectórem.

E u o u a e.

Tempore paschali:

vi f

A L-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia. E u o u a e.

PSALMUS 30, 2-6

AFFLICTI SUPPLICATIO CUM FIDUCIA

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum (Lc 23, 46).

² In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; *
in iustítia tua **libera** me.

³ Inclína ad me aurem **tuam**, *
accélera, ut **éruas** me.

Esto mihi in rupem præsídi et in domum **munítam**, *
ut salvum **me fácias**.

⁴ Quóniam fortitúdo mea et refúgium meum **es** tu *
et propter nomen tuum dedúces **me et pasces** me.

⁵ Edúces me de láqueo, quem abscondérunt **mihi**, *
quóniam tu es fortitúdo **mea**.

- ⁶ In manus tuas comméndo spíritum **meum**; *
redemísti me, Dómine, Deus **veritátis**.

Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, *
et in **sæcula sæculórum**. Amen.

Antiphona 2


Ps 129, 1

VIII a

D



E pro-fúndis clamá-vi ad te, Dómine.



E u o u a e.

Et non repetitur in psalmo.

PSALMUS 129

DE PROFUNDIS CLAMAVI

Ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum (Mt 1, 21).

- ¹ [De profúndis clamávi ad te, **Dómine**; *]
² Dómine, exáudi **vocem meam**.
 Fiant aures tuæ **intendéntes** *
 in **vocem deprecationis meæ**.
³ Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, *
 Dómine, quis **sustinébit**?
⁴ Quia apud te propitiátio est, *
 ut **timeámus** te.
⁵ Sustínui te, **Dómine**, *
 sustínuit ánima mea in **verbo eius**;
 sperávit ⁶ ánima mea in **Dómino** *
 magis quam **custódes auróram**.

Magis quam custódes auróram *
7 speret Israel in **Dómino**,
quia apud Dóminum misericórdia, *
et copiósa apud eum redéemptio.
8 Et ipse rédimet **Israel** *
ex ómnibus iniquitátibus eius.
Glória Patri, et **Fílio**, *
et *Spirítui* **Sancto**.
Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, *
et in sácula sæculórum. **Amen**.

Lectio brevis*Eph 4, 26-27*

Nolíte peccáre; sol non óccidat super iracúndiam vestram, et nolíte locum dare Diábolo.

Oratio

Dómine Iesu Christe, qui iugum suáve te sequéntibus onúsque leve pérhibes mitis et húmilis, † dignáre huius diéi vota et ópera nostra suscípere, * et quiétem tribúere, qua tuo nos fácias servítio promptióres. Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. Amen.

FERIA QUINTA


Psalmodia

Antiphona

Ps 15, 9



Tempore paschali:



PSALMUS 15

DOMINUS PARS HEREDITATIS MEÆ

Deus suscitavit Iesum, solutis doloribus inferni (Act 2, 24).

- ¹ Consérva *me*, **Deus**, *
quóniam sperávi **in** te.
- ² Dixi Dómino: «Dóminus *meus* **es** tu, *
bonum mihi **non** est **sine** te».
- ³ In sanctos, qui sunt in terra, ínclitos **viros**, *
omnis volúntas **mea** in eos.
- ⁴ Multiplicántur dolóres *eórum*, *
qui post deos aliénos **acceleravérunt**.
Non effúndam libatiónes *eórum* *de sanguínibus*, *
neque assúmam nómina *eórum* in **lábiis meis**.
- ⁵ Dóminus pars hereditátis *meæ* et cálicis **mei**: *
tu es qui délines **sortem meam**.
- ⁶ Funes cecidérunt mihi *in præcláris*; *
ínsuper et heréditas *mea* speciós*a* est **mihi**.

- ⁷ Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi *intelléctum*; *
ínsuper et in nóctibus erudiérunt me **renes mei**.
- ⁸ Proponébam Dóminum in conspéctu *meo* **semper**; *
quóniam a dextris est mihi, non **commovébor**.
- ⁹ Propter hoc lætátum est cor meum, †
et exsultavérunt præcórdia **mea**; *
ínsuper et caro mea requiécet **in spe**.
- ¹⁰ Quóniam non derelínques ánimam meam *in inférno*, *
nec dabis sanctum tuum vidére **corruptiõnem**.
- ¹¹ Notas mihi fácies vias vitæ, †
plenitúdinem lætítiæ cum *vultu tuo*, *
delectatiónes in dextera tua **usque in finem**.
- Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.
- Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, *
et in sæcula sæculórum. **Amen**.

Lectio brevis*1 Th 5, 23*

Ipsé Deus pacis sanctíficet vos per ómnia, et ínteger spíritus vester et ánima et corpus sine queréla in advéntu Dómini nostri Iesu Christi servétur.

Oratio

Dómine Deus noster, diúrno labóre fatigátos quiéto sopóre nos réfove, † ut, tuo semper auxílio recreáti, * tibi córpore simus et mente devóti. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

FERIA SEXTA

Psalmodia

Antiphona

Ps 87, 2

iv* e

D Omine, De- us sa- lú- tis me- æ, in di- e clamá-
vi et nocte coram te. E u o u a e.

Et non repetitur in psalmo.

Tempore paschali:

iv* e

A L- le- lú- ia, alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

PSALMUS 87

HOMINIS GRAVITER ÆGROTANTIS ORATIO

Hæc est hora vestra et potestas tenebrarum (Lc 22, 53).

- ² [Dómine, Deus *salútis* **meæ**, *
in die clamávi et **nocte** **coram** te.]
- ³ Intret in conspéctu tuo *orátio* **mea**; *
inclína aurem tuam ad **precem** **meam**.
- ⁴ Quia repléta est malis *ánima* **mea**, *
et vita mea inférno **appropinquávit**.
- ⁵ Æstimátus sum cum descendéntibus *in* **lacum**, *
factus sum sicut homo sine **adiutório**.

- 6 Inter mórtuos **liber**, *
sicut vulneráti dormiéntes **in sepúlcris**;
quorum non es *memor* **ámplius**, *
et ipsi de manu **tua abscíssi** sunt.
- 7 Posuísti me in lacu *inferióri*, *
in tenebrósis et in **umbra mortis**.
- 8 Super me gravátus est *furor* **tuus**, *
et omnes fluctus tuos induxísti **super** me.
- 9 Longe fecísti notos *meos* **a** me, *
posuísti me abominatió**nem** eis;
conclúsus sum et *non egréd*iar. *
- 10 Oculi mei languérunt *præ afflictión*e.
Clamávi ad te, Dómine, *tota* **die**, *
expándi ad te **manus meas**.
- 11 Numquid mórtuis fácies *mirabília*, *
aut surgent umbræ et confitebú**ntur** tibi?
- 12 Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam **tuam** *
et veritátem tuam in loco per**ditionis**?
- 13 Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília **tua** *
et iustítia tua in terra ob**liviónis**?
- 14 Et ego ad te, Dómine, *clamávi*, *
et mane orátio mea *præveniet* te.
- 15 Ut quid, Dómine, repél**lis** ánimam **meam**, *
abscóndis fáciem **tuam a** me?
- 16 Pauper sum ego et móriens a iuventúte **mea**; *
portávi pavóres tuos et **conturbátus** sum.
- 17 Super me transiérunt *iræ* **tuæ**, *
et terróres tui **excidérunt** me.
- 18 Circuierunt me sicut aqua *tota* **die**, *
circumdedérunt me **simul**.
- 19 Elongásti a me amí**cum** et **próxim**um, *
et noti **mei** sunt **ténebræ**.

Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et *nunc et* **semper**, *
et in sæcula sæculórum. Amen.

Lectio brevis

Cf. Ier 14, 9

Tu autem in médio nostri es, Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos; ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

Oratio


Concéde nos, omnípotens Deus, † ita sepúlto Unigénito tuo fidéliter inhærére, * ut cum ipso in novitáte vitæ resúrgere mereámur. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. Amen.

III


TONI COMMUNES

DE CANTU PSALMORUM


Tonus III



Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic **me-** di- á-tur; *




Atque **sic** fi-ní- tur. Atque **sic** fi-ní- tur.




Atque **sic** fi-ní- tur.

Tonus IV




Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic *medi-* á- tur; *




Atque *sic* fi- ní-tur.

Tonus IV*




Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic *medi-* á- tur; *




Atque **sic** fi-ní- tur.

Tonus VI




Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic medi-á- tur; *




Atque sic fī-ní- tur.

Tonus VIII




Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic medi-á- tur; *




Atque sic fī-ní- tur. Atque sic fī-ní- tur.

Tonus D




Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic medi-á- tur; *



Atque sic fī-ní- tur.


DE CANTU LECTIONUM

B  *flexa*

E-á-tus homo qui corrí-pi-tur a De- o; increpa-

 *punctum*


ti-ónem ergo Omnipoténtis ne réprobes. Qui-a ipse vúlne-


 *conclusio*

rat et medé-tur, pércu-tit, et manus e-ius saná- bunt.


Conclusionem ut punctum cantare licet.

DE CANTU ORATIONUM


O  -remus.



Ví-si-ta nos, quæsumus, Dómine, hac nocte præsen-ti, † ut,



di-lúcu-lo tu-a virtú-te surgén-tes, * de resurrecti-óne Chri-



sti tu-i gaudé-re va-le-á- mus.

Si dirigatur ad Patrem:



Per Christum Dóminum nostrum. *℞*. Amen.

Si dirigatur ad Patrem, sed in fine ipsius fit mentio Filii:



Qui vi-vit et regnat in sǣcu-la sǣcu-lórum. *℞*. Amen.

Si dirigatur ad Filium:



Qui vi-vis et regnas in sǣcu-la sǣcu-lórum. *℞*. Amen.

APPENDIX

INDEX ALPHABETICUS CANTUUM

Numerus in initio lineæ positus indicat modum cuiusque cantus.

Antiphonæ

3 Alleluia (<i>ter</i>)	39	8 Gregem tuum.	24
4* Alleluia (<i>ter</i>)	48, 50	D In noctibus.	34
6 Alleluia (<i>ter</i>)	45	3 Intende voci	39
8 Alleluia (<i>ter</i>)	33, 36	8 Miserere mihi	33
8 Alleluia (<i>ter</i>)	42	8 Ne intres.	42
5 Alma Redemptoris (<i>simplex</i>)	25	8 Qui habitat.	36
5 Alma Redemptoris (<i>sollemnis</i>)	25	6 Regina cæli (<i>simplex</i>)	28
6 Ave Regina (<i>simplex</i>)	27	6 Regina cæli (<i>sollemnis</i>)	27
6 Ave Regina (<i>sollemnis</i>)	26	3 Salva nos	23
4* Caro mea	48	5 Salve Regina (<i>simplex</i>)	29
8 De profundis	46	1 Salve Regina (<i>sollemnis</i>)	28
4* Domine Deus	50	7 Sub tuum	30
6 Esto mihi	45		

Responsoria brevia

5 Christus factus est	20, 21	E In manus tuas (<i>T. Adventus</i>)	19
2* Hæc dies.	21	4* In manus tuas (<i>T. Quadrag.</i>)	19
Hæc dies...alleluia.	22	6 In manus tuas (<i>T. Paschali</i>)	22
6 In manus tuas (<i>T. per annum</i>)	19		

Hymni

1 Iesu redemptor (<i>T. Paschali</i>)	17	8 Te lucis (<i>in sollemnitatibus</i>)	14
1 Iesu redemptor (<i>dom. Pent.</i>)	17	8 Te lucis (<i>in dom. per annum</i>)	15
8 Te lucis (<i>in feriis per annum</i>)	13	4 Te lucis (<i>T. Adventus</i>)	15
8 Te lucis (<i>in memoris</i>)	13	2 Te lucis (<i>T. Nativitatis</i>)	16
2 Te lucis (<i>in festis</i>)	14	2 Te lucis (<i>T. Quadragesimæ</i>)	16

Psalmi

4 Cum invocarem	33	90 Qui habitat.	36
15 Conserva me, Deus	48	129 De profundis	46
30 In te, Domine, speravi.	45	133 Ecce benedicite	34
85 Inclina, Domine.	39	142 Domine, exaudi orationem	42
87 Domine, Deus salutis	50		

INDEX GENERALIS

I Ordinarium

Ad ritum initialem	9
Hymnus	13
Psalmodia	18
Lectio brevis	18
Responsorium breve	19
Canticum evangelicum	23
Oratio conclusiva	24
Benedictio	24
Antiphonæ finalis Beatæ Mariæ Virginis	25

II Psalterium

Post I vespas dominicæ et sollemnitatum	33
Post II vespas dominicæ et sollemnitatum	36
Feria II	39
Feria III	42
Feria IV	45
Feria V	48
Feria VI	50

III Toni communes

De cantu psalmorum	55
De cantu lectionum	57
De cantu orationum	57

Appendix

Index alphabeticus cantuum	61
Index generalis	62

